



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Q. 93. Ad quid teneatur, qui juravit nunquam, v. g. ludere chartis vel  
nunquam bibere vinum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**

& in despectum Religionis Christianæ, quæ fœd  
fragos reciperet, ita Cajet. Suar. Sanch. & alii  
apud Dian. & Castrop. num. 18.

Q. 93. Ad quid teneatur, qui juravit nunquam v.g. 336  
ludere chartis, vel nunquam bibere vinum. R. Ad hæc  
postea respondebitur devoto à num. 452. & 459,  
est enim ferme eadem ratio de voto & juramento.

Q. 94. Quomodo obligatio Juramenti dicatur esse 337  
personalis. R. Obligatio Religionis contracta  
per Juramentum est personalis, quantum est  
ex parte jurantis, non tamen quantum est  
ex parte illius, cui juratur, ita Dicast. d. 3. n. 421.  
& 427. Sanch. L. 3. c. 3. §. 7. n. 1. Gob. n. 648. &  
alii passim. Dixi, obligatio Religionis, quia aliunde  
ex Justitia vel speciali Statuto potest adesse obliga-  
tio ex parte jurantis, quæ etiam ad hæredes  
transeat, unde

§. 1. Si Cajus pro se & suis hæredibus juravit 338  
quotannis dare Titio centum, hæredes Caji  
non tenentur ex vi religionis, hæc enim obligatio  
non contrahitur, nisi à jurante; teneri tamen poten-  
tunt ex alio titulo, v.g. Justitiæ, si Titius promissi-  
onem illam acceptârit, quia tum Titius acquirit  
Jus, & Cajus tenetur debito, hæres autem repræ-  
sentans personam Caji tenetur ad ejusdem debita  
realia.

§. 2. Si Cajus Deo juravit dare eleemosynam 339  
pauperibus, hæres Caji ad hoc tenebitur ex Justitia,  
non quod pauperibus sit acquisitum Jus, sed vel  
quia Deus veluti altera pars contrahens acceptavit  
promissionem illam in utilitatem pauperum, uti  
vult Sanch. n. 5; vel potius ex speciali dispositione  
Juris tam civilis quam canonici, uti refert Castrop.  
num. 2, quod statuit, ut hæreditas non adeatur,  
nisi sub conditione exequendi Juramenta